TRACTATVS DE SOCIETATIBVS,

QVAE FIVNT SVPER OFFICIIS ROMANAE ECCLESIÆ.

FRANCISCI CASTRACANII
Iuriſconſulti Clariſsimi Fanenſi.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE,

Apud Hæredem Marci Amadori. M. D. XC.

PERMISSV SVPERIORVM.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

SIXTO QVINTO
PONT. MAX.

FRANCISCVS CASTRACANIVS

PRæclarè Socrates apud Platonem, Beatiſſime Pater, vaſto, ac procelloſo cuidam mari humanam vitam perſimilem eſſe dixit; ijs enim dum peregrinamur in corpore cupiditatum, diſſenſionum, diſcriminum ventis perpetuò agitamur, vt quem ſibi quiſque in ſuſcipiendis laboribus proponit, ac pollicetur quietis portum, eum nemo ante ſupremum vitæ diem, quod veriſsimè inquit Solon, poſsit attingere. Et hanc quidem communem vrbium, ac gentium perturbationem viri prudentes, qui ad clauum Reip. ſedent, tum legibus, tum inſtitutis ſedare numquam non laborant.

TRACTATVS
DE SOCIETATIBVS QVAE FIVNT SVPER OFFICIIS ROMANÆ CVRIÆ.

FRANCISCI CASTRACANII
Iuriſconſulti Clariſsimi Fanenſis.

SVMMARIVM.

1 *LEX quare neceſſaria.*
2 *Legiſlator facta hominum pro cauſa materiali aſſumit in legibus condendis.*
3 *Legum conditores conati fuerunt omnibus caſibus prouidere.*
4 *Legum conditores non omnibus caſibus prouidere potuerunt.*
5 *Lex vbi deficit, qualiter procedendum ſit.*
6 *Societates, quæ fiunt ſuper officijs Romanæ Curiæ ab alijs ſocietatibus differunt.*
7 *Deus ſæpe paruulo reuelat, quod maioribus non reuelauit.*
8 *Diuiſio operis tria operatur.*

PRAEFATIO.

1 ACTVS humani potiſſimã cauſam præbuerunt, vt leges conditæ fuerint: niſi. n. actiones humanæ dirigendæ fuiſſent, iuris ſcientia non eſſet inuenta, cum in tantum homines poſſent ratione regi, vt legum inſtitutis ſubijciẽdi non eſſent, ideſt exercitio legis, vt dicunt Abb. & Fely. in Procem. Rex pacificus: nã iura ex factis orta fuere, l. ſi ex plagijs. §. in clivio. ff. ad l. Aquil. & propter tranſgreſſores lex facta eſt diſtin. 4. per to-
2 tam. Hinc legiſta pro cauſa materiali facta hominũ aſſumit, ut illa bene diſponat, ad bonum, & æquum tẽperet, & reducat, ut in l. 1. C. de Vet. Iur. enucl. & latè declarat Bal. poſt
3 Azo. in rub. de Iuſt. & Iure. Cũ igitur legum conditores caſibus urgentibus leges aptauerint, & cum eorũ maxima prouidentia conati fuerint ſuper omnibus caſibus præteritis, & futuris prouidere. l. cum lex. ff. de legibus. c. 2. & c. fin. de conſt. ubi Doct. attamen ob magnã caſuum uarietatem, cum plura ſint negocia, quàm uocabula, & cum conditio humana continuis exercitijs ſuſcipiat incrementum, l. legatis. §. ornamentis. ff. de
4 leg. 1. Non omnes caſus commodè diffinire potuerunt, hinc à Iuliano in l. neque leges, & in l. non poſſunt. ff.

INDEX.

Votum captandæ mortis de per ſe non facit contractum illicitum. cap.4.nu.47. pag. 19

Vſura ſola ſpe contrahitur.cap.4.num.7. pag. 14

Vſura non eſt mutuare pecuniam pontifici ſuper officijs.cap.4.nu.30. 17

Vſura animas deuorat, & facultates exhaurit.cap.10.nu.21. 41

Vſura etiam in modico committitur. cap.10.nu.22. ibi.

Vſura pro quantitate intereſſe eſt permiſſa.cap.43.nu.16. 140

Vſuræ ſunt probibitæ recipienti, non autem ſoluenti.cap.6.nu.13. 26

Vſus tollerauit, quod etiam quando fructus ſunt certi taxatio fiat ad rationē .xij. pro centenario.cap.10.nu.24. 41

Vſusfructus conſolidatur cum proprietate per mortem naturalem, non per ciuilem.cap.37.nu.29. 111

Vxor tenetur expectare virum per quinquennium, poſtquam de eius vita dubitari cœpit.cap.24.nu.4. 78

Vxor an præſumatur viro prædeceſſiſſe, ſi ſimul perierint.cap.27.nu.5. 84

Vxor præſumitur viro prædeceſſiſſe fauore lucri dotis.cap.27.nu.8. 85

Vltra, iſta dictio cuius ſit natura. cap.70. nume.4. 204

FINIS.

REGESTVM

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes ſunt Duerniones.

ROMAE,

Apud Iacobum Ruffinellum, M. D. XC.

Permiſſu Superiorum.